Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-787321-p0001-6

Die Verzeichnung der einzel-
nen in diesen fünf Bänden
enthaltenen Schriften, habe ich
für den Sommer aufgeschoben
wo wieder im Locale der
Bibliothek selbst gearbeitet
werden kann.

8/1 49. Zacher.

III. fol. 13.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-787321-p0003-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-787321-p0004-3

SVMMA LEGVM AC STATVTORVM
QVIBVS CIVIVM ACADEMIAE IENENSIS MORES ET STVDIA DIRIGVNTVR.

OMnium virtutum maxima, maximeque neceſſaria eſt vera in DEVM *Pietas* ac precatio: quippe radix ceterarum, vitae rectrix, & praeſidium in hac miſeria humana praecipuum. Huius doctrinam DEVS vult omnibus hominibus notiſſimam eſſe, & in quotidianis vitae periculis ad uſum transferri. In hac igitur ſinguli, qui ſtudiis apud nos nomen dederunt, multum operae ac ſtudii ponunto. Nec modo priuatim hanc virtutem exercento, ſed etiam publice in templis ſua vota cum Eccleſiae votis coniungunto. Maledictis in DEVM & execrationibus penitus abſtineant: nec quicquam moliantur, ſcribant, faciantve, quod verae religioni Chriſtianæ, puroque DEI verbo, aut eius praeconibus ac doctoribus dedecori, contemtui, noxae eſſe, vel diſſenſiones excitare poſſit. Quod ſi quis congreſſus & ſocietatem eccleſiae fugiet, doctrinamque diuinitus traditam aut omnino aſpernabitur, aut partem eius flagitioſe ac pertinaciter corrumpet, in Academia ne feratur.

II. *Rectori & Profeſſoribus*, tanquam alteris parentibus, *obedientiam* ſine murmure & contumacia, omnemque honorem, obſervantiam, & gratum animum praeſtanto.

III. Huius obedientiae vt exſtet teſtimonium, ſciaturque, qui & vnde in Academiam venerint: quotquot in ciuitatem noſtram ſuſcipi expetunt, *intra proximum ab aduentu ſuo triduum*, nomen apud Rectorem ſinguli profitentor, albo publico inſcribendum; ſeque bona fide Fundatoribus Academiae fideles, Rectoris dicto audientes, legibus obtemperantes fore, niſi minores annis XIIX, aut illuſtri familia orti ſint, iuranto. Qui non fecerit, ne toleretur in oppido, conuictusque & habitaculum illi denegetur, ac ſi quid commiſerit, eo grauius puniatur. Si porro detrectauerit obſequium, magiſtratui oppidano tradatur. Omnes ac ſinguli, in primis vero hiſce ditionibus ſubjecti, niſi docuerint, aptos ſe ſtudiis academicis judicatos, ne recipiantur.

IV. Vtque advenientium profectus in ſtudiis explorari, & quae cuique doctrinae audiendae ſint, iudicari queat: qui nondum alibi *ritibus depoſitionis*, quos vocant, initiati, nec aliquo gradu academico ornati ſunt, more maiorum, antequam in numerum ciuium ſtudioſorum recipiantur, hoc ritu initientur & a Profeſſorum vno pluribusve in eorum ſtudia profectusque inquiratur. Qui vero iam initiatos ſe ferunt, idoneo id teſtimonio confirment. Ni fecerint, in concilio Senatus cauſam dicere iubeantur.

V. Quorum aetas tam matura nondum eſt, vt ſeipſos ac ſtudia ſua poſſint regere, illi, ſi facultates ſuae ferent, *priuatos ſibi Praeceptores* adſciſcunto, inque audiendis recitationibus publicis eorum conſilium ſequuntor: ſin, publicos Profeſſores, a Rectore laudandos, conſulunto, eorumque conſiliis ac monitis obtemperanto.

VI. Subinde quisque cogitet, debere ſe, quippe liberalibus ſtudiis addictum, plurimum diſtare a vulgo hominum; *nec alio fine miſſum in Academiam, niſi vt in humanioribus litteris, variisque ſcientiis & diſciplinis, virtute idem & bonis moribus indies magis magisque proficiat. Quare in haec omnia cunctos ingenii,* induſtriaeque neruos intendito: *contra ea otium*, inertiam, voluptates, laſciuiam, petulantiam, *& quae praeterea* ſolido profectui bonisque moribus officiunt, *aut* Academico *nomini*, *ordinique* litterario dedecus, odium, aut contemtum pariunt, modis *omnibus fugito*. Qui in ſtudia non incubuerint, nec, vt deditos ſtudiis homines addecet, ſe geſſerint, Rectorisque & Profeſſorum iuſſa detrectauerint, domum ad parentes, tutores aut propinquos ſuos, cauſſa eius rei perſcripta, remittuntor.

VII. Recens Academiam ingreſſi, ad graviora, ſiue theologiae, ſiue iurisprudentiae, medicaeque artis ſtudia, illotis manibus ne ruunto; ſed prius ductu Profeſſorum, quibus commendati ſunt, quosve Rector ipſis laudaverit, philoſophiae linguisque diligentem operam nauanto: addant ſuper haec perpetuam ſtili exercitationem, & crebras declamationes. Nec cathedram diſputandi gratia conſcendunto, antequam fundamenta diſciplinarum animo comprehenderint.

VIII. Omnes *modeſtiae*, *vitaeque ſanctitati & innocentiae* ſtudento, aequitatem in contractibus colunto, & fidem pactorum pie inuiolateque ſeruanto: conviciis, calumniis, vellicationibus & iniuria omni penitus abſtinento: ſuum cuique locum & honorem tribuunto: denique omnibus triumphis hanc victoriam anteponunto, ſuperiorem aliis euadere humanitate & ἐπιεικείᾳ.

IX. *Temperate* & ſobrie agunto, commeſſationes, compotationesque fugiunto: nec conuiuia ſub diſceſſum, aut alia occaſione inſtituunto; nec hoſpites horum quidquam tolerent, nedum adiuuent; aut prandia in cœnas, has in multam vsque noctem produci patiantur. Qui iuuerit paſſusve fuerit, mulcta coërceatur: quod ſi ſemel iterumque admonitus, non deſtiterit, ab eo ius conuictores ſtudioſos habendi plane auferatur.

X. *Caſtimoniam* (cuius laude niſi ſint ornati mores hominum, etiam gentilis Poetae iudicio ſpreti, & ſine honore iacebunt) conſtanter tueantur, atque ita regant animos, vt precibus, & reliquo diuini Numinis cultui ſeruire poſſint: quod quum caſtiſſima mens ſit, acerrime odit impuras omnes libidines.

XI. In *veſtitu* quoque & cultu grauitatem quandam præ ſe ferunto, eumque ſeruanto modum, vt appareat, eos non modo humana iudicia, ſed DEI quoque, & angelorum oculos reuereri. Quare, vt ſapientiae & pacis ſtudiis addictos decet, praeſertim in aede ſacra & auditoriis, incedunto, omnique leuiori habitu abſtinento.

XII. *Bachanaliorum* ferias perſonatus nemo, quocunque tandem, ſiue ludicro & turpi, ſiue honeſto ſchemate, celebrato. Qui id auſus fuerit, publice relegetur.

XIII. *Pacem & concordiam*, ad pietatem, virtutem & diſciplinam maximopere neceſſariam, tam inter ſe, quam cum ciuibus colunto. Erga peregrinos modeſte & tranquille ſe gerunto. Nuptiis, niſi inuitati, ſeſe ne miſcento.

XIV. Nemo veteranorum a iunioribus, ullo praetextu, compotationes, conuiuia, pecuniam, ſervitia, aut quidquam aliud exigito: nec verberibus, verbis, aliave ratione eos exagitato. Neque nouitii horum aliquid admittant; aut alio, quam honeſto, & qui veteranis in vſu eſt, veſtitu vtantur, neque vlla ratione Pennaliſmum, quem vocant, foueant, ſubeantque. Delinquentes, nullo habito perſonarum diſcrimine, tanto grauius coercebuntur, quanto cum grauiore aliorum iniuria coniunctae fuerint iſtae exagitationes. Quot hoc genus delicti vllo modo iuverit, inſpexerit, probauerit; Is itidem, pro ratione delicti, merita poena afficietur.

XV. Omnes *tumultuum occaſiones* vitanto, nec cuiusquam aedes oppugnanto, aut vim iis inferunto: nec in plateis aut alibi turbas excitanto. Qui aliquid horum fecerit, pro delicti modo, pœna graui afficietur.

XVI. *Clamores* quoque, & *boatus* illi barbarici, tam domi, quam in plateis & ſuburbiis, diurnae item nocturnaeque diſcurſationes penitus prohibitae ſunto. In delinquentes carcere, aut vbi enormius peccauerint, ſaepiusve deprehenſi fuerint, relegatione animaduertetur.

XVII. *Duella* omnia & conflictus, tam ſollemnes, quam ſubiti, & quaeuis duellorum occaſiones, iniuriae, tam quae verbis, quam quae factis inferuntur, interdictae ſunto. Qui contra fecerint, ſciant, ſeueris ſe poenis, a Sereniſſimis Academiae Nutritoribus ſingulari hanc in rem Edicto ſtatutis, affectum iri.

XVIII. *Bombardas* aut ſclopeta geſtare, ſolis peregre profecturis; eadem vero intra oppidum aut in ſuburbio diſplodere, nemini prorſus fas eſto. Geſtantibus ea adimentur, mulctaque aut poena carceris; diſplodentibus relegatio irrogabitur. Quisquis praeterea ex incuria, aut fraude mala nocuerit rebus, vel animalibus cuiusquam: *pariterque, ſi quis canes aluerit noxios, & hi vel homini, vel alterius animali damnum dederint, de ſarciendo iſto aeque, ac poena tenebitur.*

XIX. *Ferarum aviumque venatione* & captura penitus abſtineatur: quippe facinore, Principum ac magiſtratuum iura, illaque inſignia prorſus, temerante.

XX. Nemo *agros*, *hortos*, *vineasque* depopuletur, nec olera quisquam, fructus, vuas rapiat, ſed iis penitus abſtineat. Nihil enim foedius cogitari poteſt, quam ex aliorum detrimentis non modo fructum, ſed etiam voluptatem capere. Nec indignius quidquam ordine litterario, quam furti crimine ſe alligare. Qui fecerit, ſeuere punietur, ad damnum inſuper, quod dederit, reſarciendum adigendus.

XXI. In ſuburbiis neque muſea, neque menſa conuictusve conducantur.

XXII. *Hoſpicia & muſea*, quae quisque incolit, ne auſit vaſtare: qui ſecus fecerit, noxam ſarcito.

XXIII. Lumina geſtentur caute, nec maiora aedibus, niſi exſtincta, inferantur allidanturve.

XXIV. Nemo *in Sala flumine* lauet, natetve: qui haud paruerit, praeter vitae periculum (quod natantibus imminere, tot triſtes ſuffocatorum caſus docent) etiam magiſtratus animaduerſionem incurret.

XXV. Atque haec omnia non modo ipſi, qui a ſtudiorum cultu nomen ſibi inuenerunt, ne faciunto; ſed nec *famulis* ſuis permittunto. Hos autem, niſi Rectore conſcio, nequaquam conducunto; nec niſi tales, qui non ſint oneri Academiae, quique, ubi haberi queunt, vel ipſi ſtudia ſectentur, vel ſcholam oppidanam frequentent. Petulantes & male morati in aedes non admittantur.

XXVI. Frequens diſcedentium ex hac Academia comitatus, vt periculi damnique plenus, penitus intermittitor: tantum abeſt, vt fas cuiquam eſſe debeat, tubarum clangore augere pompam, & ad ſpectaculum turbam conuocare.

XXVII. Nihil typis excudatur, niſi a Decano Facultatis, aut Profeſſore, cui cenſendi cuiusque ſcripti poteſtas eſt, viſum ante, probatumque & permiſſum fuerit.

Formula iuriſiurandi, quo inſcripturi nomen in album Academiae Ienenſis, & in ciuium ſtudioſorum numerum recipiendi, fidem ſuam obſtringunt.

EGO N. N. IVRO

PRimum, me Fundatoribus huius Academiae, *Sereniſſimis Principibus*, *Ducibus Saxoniae*, neque ipſum, neque per alium, vllove modo detrimentum allaturum.

Tum, in regenda diſciplina me obtemperaturum huius Academiae legibus ac ſtatutis, in primis Sereniſſimorum eiusdem Nutritorum Edicto in duella ſancito: reuerentiam quoque habiturum debitam Rectori Magnifico & Profeſſoribus.

Tertio, me adhibiturum diligentiam in diſcendo, dignam perſona Academica, & ſcholas mihi neceſſarias auditurum ſedulo.

Quarto, iniuriam mihi factam conſulto, nec ipſum, nec per alium me vindicaturum; ſed ſuper illa imploraturum auxilium Rectoris.

Denique, ſi quid delinquerem, aut aliquid haberem controuerſiae cum alio, me acquieturum in ſententia, quam Rector Academiae dixerit, quique praeterea cauſſam cognoſcunt. ITA ME DEVS ADIVVET!

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-787321-p0006-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-787321-p0007-0

Ne 239. 2°

Tresor

A.K. Lig.

N.C.

VD 18
VD 17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-787321-p0008-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-787321-p0009-4

SVMMA LEGVM AC STATVTORVM QVIBVS CIVIVM ACADEMIAE IENENSIS MORES ET STVDIA DIRIGVNTVR.

OMnium virtutum maxima, maximeque neceſſaria eſt vera in DEVM *Pietas* ac precatio: quippe radix ceterarum, vitae rectrix, & praeſidium in hac miſeria humana praecipuum. Huius doctrinam DEVS vult omnibus hominibus notiſſimam eſſe, & in quotidianis vitae periculis ad uſum transferri. In hac igitur ſinguli, qui ſtudiis apud nos nomen dederunt, multum operae ac ſtudii ponunto. Nec modo priuatim hanc virtutem exercento, ſed etiam publice in templis ſua vota cum Eccleſiae votis coniungunto. Maledictis in DEVM & execrationibus penitus abſtineant: nec quicquam moliantur, ſcribant, faciantve, quod verae religioni Chriſtianæ, puroque DEI verbo, aut
…bus dedecori, contemtui, noxae eſſe, vel diſſenſiones
…uis congreſſus & ſocietatem eccleſiae fugiet, doctri-
…aut omnino aſpernabitur, aut partem eius flagitioſe ac
…Academia ne feratur.
…*feſſoribus*, tanquam alteris parentibus, *obedientiam* ſine
…nnemque honorem, obſervantiam, & gratum animum

…entiae vt exſtet teſtimonium, ſciaturque, qui & vnde
…tquot in ciuitatem noſtram ſuſcipi expetunt, *intra proxi-*
…, nomen apud Rectorem ſinguli profitentor, albo pu-
…ona fide Fundatoribus Academiae fideles, Rectoris di-
…perantes fore, niſi minores annis XIIX, aut illuſtri fa-
…ui non fecerit, ne toleretur in oppido, conuictusque
…, ac ſi quid commiſerit, eo grauius puniatur. Si porro
…giſtratui oppidano tradatur. Omnes ac ſinguli, in
…bjecti, niſi docuerint, aptos ſe ſtudiis academicis ju-

…entium profectus in ſtudiis explorari, & quae cuique
…cari queat: qui nondum alibi *ritibus depoſitionis*, quos
…radu academico ornati ſunt, more maiorum, ante-
…oſorum recipiantur, hoc ritu initientur & a Profeſ-
…ſtudia profectusque inquiratur. Qui vero iam ini-
…nonio confirment. Ni fecerint, in concilio Senatus

…m matura nondum eſt, vt ſeipſos ac ſtudia ſua poſſint
… ferent, *priuatos* ſibi *Praeceptores* adſciſcunto, inque
…cis eorum conſilium ſequuntor: ſin, publicos Pro-
…, conſulunto, eorumque conſiliis ac monitis obtem-

…ae cogitet, debere ſe, quippe liberalibus ſtudiis addi-
…o hominum; nec alio fine miſſum in Academiam, niſi
…ariisque ſcientiis & diſciplinis, virtute idem & bonis
…proficiat. Quare in haec omnia cunctos ingenii,
…: contra ea otium, inertiam, voluptates, laſciui-
…rea ſolido profectui boniſque moribus officiunt, aut
…tterario dedecus, odium, aut contemtum pariunt,
…tudia non incubuerint, nec, vt deditos ſtudiis ho-
…orisque & Profeſſorum iuſſa detrectauerint, domum
…os ſuos, cauſſa eius rei perſcripta, remittuntor.
…iam ingreſſi, ad graviora, ſiue theologiae, ſiue
… ſtudia, illotis manibus ne ruunto; ſed prius ductu
… ſunt, quosve Rector ipſis laudaverit, philoſophiae
…uanto: addant ſuper haec perpetuam ſtili exerci-
…s. Nec cathedram diſputandi gratia conſcendun-
…narum animo comprehenderint.
…e, *vitaeque ſanctitati & innocentiae* ſtudento, aequi-
… fidem pactorum pie inuiolateque ſeruanto: con-
…& iniuria omni penitus abſtinento: ſuum cuique
…enique omnibus triumphis hanc victoriam anteponunto, ſuperiorem aliis euadere humanitate & ἐπιεικείᾳ.

IX. *Temperate* & ſobrie agunto, commeſſationes, compotationesque fugiunto: nec conuiuia ſub diſceſſum, aut alia occaſione inſtituunto; nec hoſpites horum quidquam tolerent, nedum adiuuent; aut prandia in cœnas, has in multam vsque noctem produci patiantur. Qui iuuerit paſſusve fuerit, mulcta coërceatur: quod ſi ſemel iterumque admonitus, non deſtiterit, ab eo ius conuictores ſtudioſos habendi plane auferatur.

X. *Caſtimoniam* (cuius laude niſi ſint ornati mores hominum, etiam gentilis Poetae iudicio ſpreti, & ſine honore iacebunt) conſtanter tueantur, atque ita regant animos, vt precibus, & reliquo diuini Numinis cultui ſeruire poſſint: quod quum caſtiſſima mens ſit, acerrime odit impuras omnes libidines.

XI. In *veſtitu* quoque & cultu grauitatem quandam præ ſe ferunto, eumque ſeruanto modum, vt appareat, eos non modo humana iudicia, ſed DEI quoque, & angelorum oculos reuereri. Quare, vt ſapientiae & pacis ſtudiis addictos decet, praeſertim in aede ſacra & auditoriis, incedunto, omnique leuiori habitu abſtinento.

XII. *Bachanaliorum* ferias perſonatus nemo, quocunque tandem, ſiue ludicro & turpi, ſiue honeſto ſchemate, celebrato. Qui id auſus fuerit, publice relegetur.

XIII. *Pacem & concordiam*, ad pietatem, virtutem & diſciplinam maximopere neceſſariam, tam inter ſe, quam cum ciuibus colunto. Erga peregrinos modeſte & tranquille ſe gerunto. Nuptiis, niſi inuitati, ſeſe ne miſcento.

XIV. Nemo veteranorum a iunioribus, ullo praetextu, compotationes, conuiuia, pecuniam, ſervitia, aut quidquam aliud exigito: nec verberibus, verbis, aliave ratione eos exagitato. Neque nouitii horum aliquid admittant; aut alio, quam honeſto, & qui veteranis in vſu eſt, veſtitu vtantur, neque vlla ratione Pennaliſmum, quem vocant, foueant, ſubeantque. Delinquentes, nullo habito perſonarum diſcrimine, tanto grauius coercebuntur, quanto cum grauiore aliorum iniuria coniunctae fuerint iſtae exagitationes. Quot hoc genus delicti vllo modo iuverit, inſpexerit, probauerit; Is itidem, pro ratione delicti, merita poena afficietur.

XV. Omnes *tumultuum occaſiones* vitanto, nec cuiusquam aedes oppugnanto, aut vim iis inferunto: nec in plateis aut alibi turbas excitanto. Qui aliquid horum fecerit, pro delicti modo, pœna graui afficietur.

XVI. *Clamores* quoque, & *boatus* illi barbarici, tam domi, quam in plateis & ſuburbiis, diurnae item nocturnaeque diſcurſationes penitus prohibitae ſunto. In delinquentes carcere, aut vbi enormius peccauerint, ſaepiusve deprehenſi fuerint, relegatione animaduertetur.

XVII. *Duella* omnia & conflictus, tam ſollemnes, quam ſubiti, & quaeuis duellorum occaſiones, iniuriae, tam quae verbis, quam quae factis inferuntur, interdictae ſunto. Qui contra fecerint, ſciant, ſeueris ſe poenis, a Sereniſſimis Academiae Nutritoribus ſingulari hanc in rem Edicto ſtatutis, affectum iri.

XVIII. *Bombardas* aut ſclopeta geſtare, ſolis peregre profecturis; eadem vero intra oppidum aut in ſuburbio diſplodere, nemini prorſus fas eſto. Geſtantibus ea adimentur, mulctaque aut poena carceris; diſplodentibus relegatio irrogabitur. Quisquis praeterea ex incuria, aut fraude mala nocuerit rebus, vel animalibus cuiusquam: pariterque, *ſi quis canes aluerit noxios, & hi vel homini, vel alterius animali damnum dederint;* de ſarciendo iſto aeque, ac poena tenebitur.

XIX. *Ferarum aviumque venatione* & captura penitus abſtineatur: quippe facinore, Principum ac magiſtratuum iura, illaque inſignia prorſus, temerante.

XX. Nemo *agros, hortos, vineasque* depopuletur, nec olera quisquam, fructus, vuas rapiat, ſed iis penitus abſtineat. Nihil enim foedius cogitari poteſt, quam ex aliorum detrimentis non modo fructum, ſed etiam voluptatem capere. Nec indignius quidquam ordine litterario, quam furti crimine ſe alligare. Qui fecerit, ſeuere punietur, ad damnum inſuper, quod dederit, reſarciendum adigendus.

XXI. In ſuburbiis neque muſea, neque menſa conuictusve conducantur.

XXII. *Hoſpicia & muſea*, quae quisque incolit, ne auſit vaſtare: qui ſecus fecerit, noxam ſarcito.

XXIII. Lumina geſtentur caute, nec maiora aedibus, niſi exſtincta, inferantur allidanturve.

XXIV. Nemo *in Sala flumine* lauet, natetve: qui haud paruerit, praeter vitae periculum (quod natantibus imminere, tot triſtes ſuffocatorum caſus docent) etiam magiſtratus animaduerſionem incurret.

XXV. Atque haec omnia non modo ipſi, qui a ſtudiorum cultu nomen ſibi inuenerunt, ne faciunto; ſed nec *famulis* ſuis permittunto. Hos autem, niſi Rectore conſcio, nequaquam conducunto; nec niſi tales, qui non ſint oneri Academiae, quique, ubi haberi queunt, vel ipſi ſtudia ſectentur, vel ſcholam oppidanam frequentent. Petulantes & male morati in aedes non admittantur.

XXVI. Frequens diſcedentium ex hac Academia comitatus, vt periculi damnique plenus, penitus intermittitor: tantum abeſt, vt fas cuiquam eſſe debeat, tubarum clangore augere pompam, & ad ſpectaculum turbam conuocare.

XXVII. Nihil typis excudatur, niſi a Decano Facultatis, aut Profeſſore, cui cenſendi cuiusque ſcripti poteſtas eſt, viſum ante, probatumque & permiſſum fuerit.

Formula iurisiurandi, quo inſcripturi nomen in album Academiae Ienenſis, & in ciuium ſtudioſorum numerum recipiendi, fidem ſuam obſtringunt.

EGO N. N. IVRO

PRimum, me Fundatoribus huius Academiae, *Sereniſſimis Principibus, Ducibus Saxoniae*, neque ipſum, neque per alium, vllove modo detrimentum allaturum.
Tum, in regenda diſciplina me obtemperaturum huius Academiae legibus ac ſtatutis, in primis Sereniſſimorum eiusdem Nutritorum Edicto in duella ſancito: reuerentiam quoque habiturum debitam Rectori Magnifico & Profeſſoribus.
Tertio, me adhibiturum diligentiam in diſcendo, dignam perſona Academica, & ſcholas mihi neceſſarias auditurum ſedulo.
Quarto, iniuriam mihi factam conſulto, nec ipſum, nec per alium me vindicaturum; ſed ſuper illa imploraturum auxilium Rectoris.
Denique, ſi quid delinquerem, aut aliquid haberem controuerſiae cum alio, me acquieturum in ſententia, quam Rector Academiae dixerit, quique praeterea cauſſam cognoſcunt. ITA ME DEVS ADIVVET!

Farbkarte #13 B.I.G.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-787321-p0010-6